

Johannes

dei et apostolice sedis gratia Episcopus Rhenensis Universis christifidelibus ad perpetuam rei memoriam
Eti in temporalibus et ea digne disponantur habenda sit maxima consideratio Circa ea tamen que pro laude omnium rerum creatoris ordinantur
et offeruntur ut illa dignis privilegiis decorantur pastore more vigiliis summa nostra est intentio De exinde gloriose sumus deus qui splendore
sue paternae glorie mundum illuminat laudari et venerari possit Cum ergo domus huc curia a valido Baltazaro Nadelwits in Wurzschel
inter domum Valdi Nicolai de Seewitz et Pauli Kullis ac domum conventus In Verno situata pro comodo et melioratione altaris
sue vicarie sanctorum Quosferi et Christophori Johannis evangeliste et Katherine in ecclesia collegiata sancti Petri In Rudisfen Nobilis
et generosi dñi Sigismundi de Martenburgh dñi in Tezschel superioris Lupace prefecti vice ac nomine Reverendissimi et potentissimi
principis et dñi dñi Vladislaw Hungarie et Bohemie Regis ad id prout desuper sue patentes et sufficientes littere demonstrant accedente
consensu empti et comparati existit ac deus spaciū domus Beguniarum eidem domo ab anteriori parte omnino contigua proutporum
et aliorum quorum interest prehabito consensu ad supradictum altare sue vicariam pro ampliatione domus sue Curie prefate libere
donatum existit Fuit nobis pro parte Honorabilis deuoti nostri dilecti Ambrosij Jalken Tam eiusdem altaris sue Vicarie possessoris humi
liter supplicatum quod domum huc curiam una cum spacio prefato in quo antea Beguniarum domus fuit In dono acceptare iuribus
privilegiis et emunitatibus ecclesiasticis insigniri et decorare Altariq; sue vicarie sancti Quosferi predictae vicarie iuniscere et incorporare
atque auctoritate nostra ordinaria confirmare dignemur Nos igitur Johannes Episcopus prenomminatus considerantes qd ad hoc illoen
quorum interesset legitimus accessit consensus et assensus petitionem eandem tanquam iustam et rationabilem iudicantes
prehabita deliberatione admittendam duximus domum antedictam una cum spacio prefato in dono acceptamus Turibus privilegiis
et emunitatibus ecclesiasticis insignimus et decoramus Altariq; prenominationis sue vicarie vicinis iuniscimus et incorporamus
Auctoritateq; ordinaria dei nomine per presentes confirmamus Statuentes qd predictus Ambrosius Jalken eiusdem altaris sue vicarie
possessor ac omnes sui successores eandem domum perpetuo futuris temporibus inhabitare possint et valeant Atq; ordnantes qd ipse
et omnes sui successores ratione spaciū in quo domus Beguniarum fuit ad colligendum singulis annis sex modios siliginis a psonis
In litteris desuper dictis expressis ac ad distribuendum eosdem pauperibus hominibus tempore magis oportuno debeant esse obligati et
assecuti Reuocatis omnibus et singulis auctoritatem nostram ordinariam interponentes preter a decretum Nulli igitur hominum liceat
hanc paginam nostri acceptationis decorationis unionis incorporationis confirmationis ordinacionis atq; decreti nostri interpositionis
Infringere aut quousvis ausu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei
et beatorum Petri et Pauli apolorum eius se noverit incursurum Datum In Castro nostro epali Wurzen Anno dñi Millesimo
quingentesimo Nono die vero octaua Mensis februarii Maior; nostro in fidem premissorum appenso sub sigillo

